



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Liber XLI. Contractus Adminicularij, Quasi contractus, & innominati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)



LIBER XLI.

CONTRACTVS ADMINICVLARII, QVASI CONTRACTVS, ET INNOMINATI.

CONTRACTVS, qui aliis contractibus adminiculo sunt, quatuor annuero, Societatem, Fideiusionem, Pignus, & Hypothecam, superest verò ad perfectam Contractuum tractationem, de Quasi contractibus, & nonnullis Innominatis essentiam saltem sine lite prelibare, qui quidem à Doctoribus aut omnino prateruntur, aut quasi per transennam annotantur. Hi sunt Mandatum, Negotia gesta, Tutela, & Cura, stipulatio, & Acceptilatio, Compromissum, Transactio, Compositio, & Arbitrium.

SECTIO PRIM A.

De Contractibus Adminiculariis, Quasi contractibus, & Innominatis Receptiores sine lite Sententiæ

CAPVT I.

De Societate.

CONTRACTVS societatis est Conuentio duorum, aut plurium facta ad conferendum aliquid in usum, vel quassum communem. Quatuor requiruntur. Primum, ut singuli socij aliquid conferant in commune sine pecuniâ, sine operam, & industriam, siue instrumenta, ut nauim, equos, & huiusmodi sine animalia, siue alia bonânam si nihil conferrent, non possent licite esse lucri participes, quod fit ex societate. Secundum, ut id, quod à singulis socijs collatum fuerit eo animo, ut sit commune, statim cedat in dominium singulorum, ita ut quilibet socius sit dominus totius sortis partialiter, ut pro dimidia, si duo sint socij, & æque contulerint: pro tertia vel quarta, si tres, vel quatuor vel iuxta partem, quam quisque contulit in commune. Tertium lucrum, & damnum commune sit quantum est ex vi societatis. Quartum, ut fiat divisio lucri secundum sortis collatâ à singulis pro portione, nisi aliter fuerit conuentum. C. Pro socio instrumentum.

do, de Societ. Reginaldus l. 2 §. numero. 372. Lel. sius lib. secund. cap. 2 §. dub. prim. Sylui. 2. 2. q. 78. articul. secund. Bonacin. de contr. d. 3. q. 6. punct. 1. numer. tertio Fillucius tractatu 38. numero secundo.

Multiplicem inuenio societatem esse. Alia enim est omnium bonorum. Alia negotiationis, cui duo, vel plures ex negotiatione lucrum quarunt. Alia artis, cum vnus ex socijs artem exercet, & habet cum altero communia damna & lucra vna eum expensis: verum hæc vix differt à priore, quia hæc etiam est quedam ad lucrum negotiatio. Alia animalium, siue maiorum, ut bonum, equorum, & c. siue minorum, ut pecorû, capratum, & c. Alia officiorum, cum quis officio fungitur, & alios sibi socios adiungit, quibus fructus ex officio communicat. Alia est viri & uxoris. Alia fratrum inter se. Molina tractat. secund. d. 412. Fillucius tractat. 38. n. 9. Azor. p. 3. lib. 9. c. 1.

Varis modis societas contrahitur. primo ex parte finis, & sic contrahitur ad vnum tantum vel ad lucrum solummodo, ut in negotiatione, vel ad vtrumque, ut in matrimonio. Secundo ex parte materiæ, & sic contrahitur societas omnium bonorum, vel lucrorum duntaxat, vel certæ negotiationis. Tertio ex parte temporis alia enim contrahitur ad vitam, alia ad certum tempus, alia vsque ad certi negotij finem. Molina

SCOBAR
Theol. Mor.
Sm. V. V. II.
E. IV

17.2.d.412. Fillucius 17.1.38. n.10. Lessi. l.2.c. 25. dub. 1.

4
Licitum est societatis contractus duo si obferuentur.

Duo si afferuentur, societatis contractus licitus proculdubio erit. Primum est, ut quisque sit expositus periculo amittendi suam capitale, v.g. quis pecuniam exponit, suo pereat damno, qui potuit laborem, & industriam, si casu nil lucri obueniat, perdat laborem, salua pecunia alterius. Alterum est ut in diuidendo lucro, computetur, quantum valeat labor & industria, & quantum etiam periculum hoc valeat quod labor & industria semper perdat, dum nihil est lucr, ac pecunia non, nam salua manere potest. Nauar. *Summa. c. 17. n. 255. Tolet. lib. 5. cap. 41.*

5
Tres conditiones requiruntur ad animalium societatem

Ad societatem vero animalium tres conditiones requiruntur. Prima, ut vnusquisque sociorum aliquid conferat in societatem siue animalia ut custodiam, siue industriam. Quia hec est societatis natura, ut, quis commune conferat. Secunda, ut seruetur equalitas, ita vt damna, expensae, ac luca prouenientia ex causa societatis sint communia, prout aliquis plus, vel minus in societatem contulit. Tertia, vt animalia stent periculo apponentis, ita vt si pereant apponenti. Quia apponens est dominus, res autem domino perit. Hoc tamen intelligo, nisi periculum animalium in totum, vel in partem in alterum reiectum sit; potest enim periculum in alterum reici, facta grauaminis compellatione Tolet. l. 5. capite 41. numer. 4. Reginald. l. 25. numero 401. Fillucius 17.38. numer. 86. Bonacin. de contr. d. 3. q. 6. punct. 4. numer. 4. Nauarra de rest. libro tertio capite secundo numero 467.

6
Quando iniquus sit animalium societatis contractus.

Iniquus & illicitus quidem est contractus societatis animalium, quando quis tradit animalia pastori cum pacto, vt ea custodiat, & pascat, & semper in eodem numero asseruentur, ita vt si aliqua pereant, numerus ex foetibus compleatur, & pastor in fine annorum singulorum accipiat dimidiam reliquorum foetuum partem, quia contractui huic deesse videtur equalitas, si pastoris industria plus estimetur quam valeat numerus animalium ipsi constitutus, & assignatus; secus erit, si non pluris ipsius opera, & industria estimetur. Similiter iniusta videtur societas, qua quis animalia hoc pacto, vt si pereant, aequaliter pereant apponenti ac recipienti; si tale, detur apponenti, fructus vero aequaliter diuidantur, quia non seruetur equalitas, nam fors stare debet periculo apponentis, nisi alter socius periculum fortis in se suscepit per contractum assecurationis: aut nisi apponens animalia fecerit alterum socium animalium simul dominum Azor. p. 3. l. 9. c. 7. q. 10. Fillucius 17.38. n. 102.

7
Ad quem nam pertineant damna que ex societate obueniunt.

Damna, quae ex causa proxima societatis obueniunt, debent esse communia; modo ex leui socij culpa non oriantur, quia luca, quae proueniunt societatis causa, communia sunt, ergo etiam. Damna vero propria, quae socius tantum ex occasione societatis patitur, non debent esse communia, quia hoc nullo iure constat; & sicut luca, quae non ex causa, sed ex occasione societatis proueniunt, communia non sunt ita neque damna. Propterea socius tenetur de leui consulere societati, cum societatis contractus respicit commune commodum Per leuam culpam in hoc contractu iura intelligunt eam, qua quis omittit eam diligentiam

adhibere in societatis rebus, quam in rebus propriis adhibuisset, aut aequum elset vt adhiberet. L. Cum duobus. §. quidam sagariam ff. pro socio. Molin. d. 418. n. 56. & 7. Fill. rr. 38. n. 14. Laym. li. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 20. n. 5. Reginaldus. l. 25. n. 394.

Porro expensae, quae non superfluae sunt a socio industriam apponente, ex communi sunt ad quem gerenda pecunia societatis, nisi aliter sit in natura expensarum socios conuentum; aut aliter lege cautum: sa pertinere vel consuetudine receptum. Molina d. 418. Reginaldus lib. 25. numer. 395. S. iust. v. societas, 2. q. 12.

Eleemosyna vero, quas elargitur socius, qui apponit industriam, si moderatae sint, fiantque felicitus exitus societatis intuitu, ex communi eleemosynis soluendae sunt lucris, quia socius potest a socio, qui absque socij licentia, eas expensas agere, quas apponit in iudicio cauerit expedire ad societatis augmentum; dicitur sed ad id inter alia media praecipuum est diuisa. num auxilium quod per eleemosynas impetratur. Ergo. Manu. parte prim. Sum. capite 47. Bonacin. de contr. d. 3. q. 6. punct. 4. numer. 4. Nauarra de rest. libro tertio capite secundo numero 467.

Quando pro conseruatione mercium, vel capitalis, vel lucri acquisitione faciendae sunt aliquae expensae, nec potest extrahi pecunia ex societate ad eas expensas agendas; tenetur socius non solum ex charitate, verum ex iustitia eas facere ex propria pecunia, aut mutuo ab aliis petere pecuniam, ad eas faciendas, quia socius conseruatione contractus societatis tenetur ea diligentia exhibere, quae circa res proprias adhibuisset; qui ad propriam rem conseruationem nullum quis non lapidem amoueret. Attamen in hoc casu ipsi competere ius repetendi a sociis, quod in sumptis, cum vtiliter societatis negotium gesserit. Molina d. 418. Salon. de societ. artic. 4. contr. 3. numer. 27. Fillucius 17.38. n. 78. Reginald. l. 25. n. 395.

CAPVT II.

De Fideiussione.

FIDEIUSSIO est alienae obligationis in se susceptio, qua se quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non soluerit. Vnde fideiussio est obligatio quaedam accessoria supponens aliam alterius obligationem principalem, fideiussor autem est ille qui pro alio fide suam obligat, & fide sua, hoc est, periculo suo inbet esse, quod alius debet creditori. Inst. de fideiuss. Duplex est fideiussio vna iudicialis, Extra iudicialis altera. Iudicialis est qua quis se adstringit in iudicio, se sistere reu aut debitor, quando opus fuerit, vel requisitus, sub poena pecuniaria. Extra iudicialis est, cum quis fidem suam obligat extra iudicium creditori, quod ipse soluet, si principalis non soluerit debitor. Iure ciuili perficitur fideiussio verbis, quia sine formula stipulationis non parit actionem in foro externo, tanquam pactum nudum. Iure autem Canonico & in foro conscientiae

scientie non sequitur formula stipulationis, sed inhiat consentus verbis expressis. Lelius libro secundo. capite 28. dubio primo Molina de contr. d. 539. Bonacin. de contr. d. 3. q. 9. parit. 1. Rebellus lib. 16. qu. vnic. de fideiuf. numer. quint. Azor. p. 3. lib. 1. c. capit. 2.2. quastio decima.

13 Ad hunc contractus iustitiam quatour requiritur. Quatuor ad si fideiussionis iustitiam conditiones requiro. Prima est, vt sit contractus accessorius, supponens aliam obligationem principalem presentem, vel futuram no referentem, quod obligatio principalis ortum habeat ex contractu, vel ex delicto, vel ex Iudicis sententia. Secunda, vt non plus obligetur fideiussor, quam principalis, imo nec alio tempore, aut loco obligabitur; potest tamen fideiussor arctius obligari, nempe cum iuramento, vel cu hypotheca, vel instrumento publico, quod Guarantigium vocitant, eo quod habeat paratam executionem, etiamsi principalis debitor ita no sit obligatus. Tertia est, vt inualida sit fideiussio, quando contractus, quo debitor principalis se obligauit, est inualidus, scilicet dolo, ac fraude. Hinc fideiussor tenetur, quoties ex contractu principalis debitoris oritur obligatio naturalis, quantum cuius non oriatur. Quia nihil deest tunc, quominus lex etiam cogere possit fideiussorem, ad soluendum. Quarta est, vt fideiussor non debeat, nec possit conueniri, regulariter loquendo, antequam solutio peratur a principali debitor. Quia ipse in defectum principalis tenetur. Insi. de fideiussoribus paragrafo prim. 3. & 6. Gomez tom. secund. capite. 1. 3. num. primo & secund. Fillucius tract. 38. numer. 154. Authentica. Presente, C. de fideiuf.

14 In tribus tamen casibus fideiussor communis potest ante excussionem principalis conueniri. Primo, si fideiussor renunciat beneficio Authentice Presente. Secundo, si constet, principalem non esse soluendum, aut procul abesse, & non habere bona in eodem territorio, quibus sumi pretium ad solutionem queat. Tertio, si fideiussor conuentus, negant se fideiussor, amittit enim per hoc beneficium, vt prius conueniri principalis debeat, L. si dubietur paragrafo primo ff. de fideiuf.

15 Illi omnes fideiubere possunt, qui liberam habent suorum bonorum administrationem, & possunt principaliter obligari, nec a iure repelluntur. Vnde necesse est, vt habeant propria bona sufficientia ad soluendum debitum, & damna, que passus esset creditor ob culpam principalis debitoris. Hinc repellendi sunt pauperes a fideiussione, filij familias, nisi pecuniam Castrensē, vel quasi habeant, minores absque curatoris facultate, pupilli sine tutoris licentia, si tamen minor viginti quinque annis pro aliquo fideiubeat obligatur naturaliter, licet beneficio restitutionis in integrum possit obligationem elidere, quia semper presumitur laesus. Pro patre tamen carceri addicto, efficax est obligatio, quia ad id tenetur. Reginaldus lib. 25. numer. 220. Fillucius tract. 38. numer. 156. Lelius libro secundo capite. 28. dub. secund. numer. vndecim. Authentica. si captiui Codice de Epis. & Cleric.

16 Quando femina possit. Mulier regulariter fideiubere pro marito no potest, & si fideiubeat pro illo, irrita fideiussio est. Pro alio autem fideiubere potest cu instrumento publico, adhibitis testibus cum suscri-

ptione, & tenetur ex hac fideiussione ciuilitate, & quando non naturaliter, & si copetatur ei exceptio S. C. Vellei possit. iani, per quam potest elidere hanc obligationem, ante executionem scilicet sententiae. Continentine iam receptum est, vt sufficiat notarium publicum subscribere, presentibus tribus testibus. Auth si qua mulier Cod. ad S. C. Velleianum l. Antiqua paragrafo fin. Fillucius tract. 38. n. 157. Vt vero mulieri fideiubere liceat debet aut necessitas, aut pietas postulare.

17 Sex vero casus inuenio, in quibus non possit uti Velleiani beneficio. Primus est, si accepto pretio fideiubeat, vel addito iuramento ad fideiussionem confirmandam, tenetur promissioni, vt non postulare, si conscia privilegij erat. si vero non erat conscia, ex receptiori sententia adhuc iurauit, vt sibi omnes vias praecideret non implendi promissionem. Secundus est, si renunciauit beneficio Velleiani, sciens, & eius admonita coram Magistratu, vel cum iuramento, & non sufficere implicita renunciatio. Tertius, si fideiubeat pro alterius dote. Quartus, si pignus, vel fideiussorem pro alio dedit, & post biennium a dicta cautione numerandum, iterum se ad idem obligauit, & pignus, vel fideiussorem dedit, si autem ea obligatio fiat ante biennium completum, non valet. Quintus, si se obliget ad aliquid soluendum pro serui alicuius libertate. Sextus demum, quando in fraudem fideiussit, vt deciperet. Qui extra hos casus aliquid a muliere fideiubente accepit, non potest acceptum sibi retinere. Quia ex fideiussione inualida non est translatum dominium in accipientem: & ideo tenetur ad restitutionem, etiam quando fideiussio fait valida, mulier tamen beneficio Velleiano vitur Lorich. in Thesaur. vers. Fideiussio, numer. secund. Sanchez de matrimonio lib. 4. dist. 9. numero 14. Reginaldus lib. 25. numero 220. Syluest. verbo Fideiussor. q. 2. Mol. d. 540.

18 Clerici fideiubere non possunt in Ecclesie praedicti: ex consuetudine vero pro aliis Clericis, & suis Ecclesiis possunt ex bonis patrimonialibus, & fructibus beneficiorum, quos faciunt suos, ita tamen vt in egestate ideò non maneant, iuxta c. Odoardus, de solut. fillucius tractat. 38. numer. 158. c. te quidem. 1. 1. q. 1.

19 Religiosus non potest fideiussor existere sine Praelati, ac maioris partis capituli consensu, si autem aliter factum est, conuentus non tenetur nisi quatenus versum est in eius utilitatem. Imò in re magni momenti repellitur ipse superior a fideiussione, nisi maioris partis Capituli consensus adsit. C. quod quibusdam, de fideiuf.

20 Fideiussor potest licite pecuniam pro fideiussione recipere. Quia eiusmodi onus & obligatio, quam in se suscipit pretio est aestimabilis, nec quis tenetur, eam gratis suscipere. Et hoc verum, etiamsi fideiussor nullum periculum subeat, nullam molestiam fideiubendo, quia pecunia, seu pretium recipitur ob obligationem soluendi pro debitore, quae obligatio cum ciuilitate sit, & foro externo subiecta, pretio est aestimabilis. Nauar. summa capite 17. numer. 185. Azor. parte tercia lib. vndecim. capite 22. quast. 5. Reginaldus lib. 25. numer. 218. Sa versio. Fideiussio, numero primo.

21 Hinc creditor potest aliquid accipere a fideiussore volente se a fideiussionis obligatione eximere. Quia fideiussio est pretio aestimabilis non

SCOBAR
Theob. Mar.
S. M. V. V. V. II.
E. IV

quid à fi-
deiusore
accipere, ut
eum à fide-
iussione
obligatione
liberet.

22
Debitor te-
netur de-
dāno, quod
fideiusori
accidit, ra-
tione debiti
soluit.

23
Triplix in
casu potest
creditor à
fideiusore
exigere de-
bitum, &
ille tenetur
soluere.

Non potest
fideiusor
ante tem-
pus solutio-
nis debiti
contra de-
bitore agere,
nisi in
quatuor
casibus.

24
Quando
plures fide-
iussores pro
eodem de-
bitore sunt
omnes in-
solidum
teneantur, sed
quid eis in
hoc casu
agendum.

25
Qui fide-
iusor inbet pro
reo, fugien-
te ipso non
ad poenam
corporis,
sed ad pec-
uniariam
obligandus.

26
Remanet
liber fide-
iusor ad
tempus de-
terminatū
si creditor
pro reo et
debitore
terminum.

non solum ratione obligationis, verum etiam ratione periculis, cui se exponit creditor debitum amittendi. Conat. 3. *variarum. capit. secund. n. 6.* Azor. p. 3. l. 1. c. 2. q. 6.


Tenetur debitor non solum restituere debitum, quod fideiusor pro ipso soluit; sed etiam expensas, & damna, quae subit, modo culpa debitoris intercesserit. Si autem nulla debitoris culpa intercesserit, sed non soluit ob impotentiam, obligandus solum ad debiti principalis solutionem, non vero ad expensas & damna à fideiusore accepta. Quia non adest radix, ob quam ad restitutionem huiusmodi sit obligandus. Sylvest. verbo *Fideiusor. numer. 10.* Azor. *parte tertia lib. 11. cap. 2. qu. 10.* Sà verbo *Fideiusio, num. 3.* Bonacin. *de contr. d. 3. q. 9. p. 1. num. 13.*

Creditor potest à fideiusore debitum exigere & tenetur ille soluere, triplici in casu. Primo, quando debitor non est soluendo. Secundo, quando debitor esset absens, & non posset commode conveniri. Tertio, quando suo iuri renunciaasset, & se tanquam principalem debitorem constituisset. Vnde non potest fideiusor ante tempus solutionis debiti contra debitorem agere, ut enim ab obligatione liberet nisi in quatuor casibus. Primo, si fideiusor diu stetit in obligatione. Secundo, si post fideiussione, debitor dissipet bona sua, vel ad inopiam vergat. Tertio, si fideiusor fuerit condempnatus super fideiussione. Quarto, si ab initio ita inter eos sit conventum. Sylvest. verbo *Fideiusor. qu. 10.* Molina d. 546. Azor. p. 3. lib. 11. capit. 2. quest. 8. 9. & 13. Reginaldus l. 2. n. 221.

Quando plures fideiusores pro eodem sunt debitor, singuli tenentur in solidum. Qui tamen in solidum convenitur, ex parte potest, ut quilibet pro sua parte conveniatur. Hæc autem exceptio debet opponi ante sententiam definitivam, qua soluere iubeatur. Non competit autem ei, qui vel sponte vel compulsus per sententiam definitivam soluit, vel fideiubendo huic privilegio renunciauit. Verum si vnus fideiusor totum soluerit, potest creditorem compellere, ut sibi cedat actionem, quam in reliquos fideiusores habebat, exigendo ab illis partes, quas à singulis creditor poterat exigere. Lessius lib. 2. c. 28. dub. 3. Molina d. 644. Reginaldus l. 2. n. 221. Fill. rr. 38. n. 163.

Qui fideiusor pro reo, cui periculum capitis, vel mutilationis impendebat, reo fugiente absque illius culpa, capite plectendus non est nec poena mutilationis, aut flagellationis, afficiendus. Quia hæc sunt criminum supplicia, non solutionis debitorum. Vnde ex huiusmodi fideiussione obligator solum ad poenam pecuniariam post iudicis sententiam soluendum. Clarus l. 5. sentent. §. fin. q. 46. numer. 18. Lessius l. 2. c. 28. dub. 7. num. 42. Sylvest. verbo *fideiusor. qu. 6. numero. 6.*

Denique fideiusor, qui se tantum ad aliquod tempus obligavit, v. gr. ad annum remanet liber ab obligatione fideiussionis, postquam creditor prorogavit debitori terminum, pro quo fideiusor intercesserit. Quia obligatio non se extendit ultra partium conventionem, si tamen fideiusor obligaverit se simpliciter, non remanet liber à fideiussionis obligatione. Quia obligatio indefinita temporis lapsu non tollitur. *L. Celsus ff. de arbit. Azor. p. 3. l. 1. c. 2. q. 12.* Sà v. *Fideiusio, n. 5.* Nauar. *de rest. l. 3. c. 4. n. 160.*



CAPVT III.

De Pignore, & Hypotheca.

PIGNUS late sumptum *Res est subiecta, vel obligata pro debito, ut si auter satisfactum non fuerit, in se latius fieri valeat.* Sic et sumptum addit traditionem eius creditori vel alteri illius loco. Hypotheca vero late sumpta idem est, quod pignus late sumptum, stricte vero est *res subiecta modo dicto, non facta traditione rei ita obligata.* In iure tamen hæc nomina idem valent, vnde in præsentem contractum pignoris & hypothecæ pro synonymis vtriusque. Lessius lib. secund. cap. 28. dub. quint. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. c. 38. numer. prim. Bonac. *de contr. d. 3. questio. 10. punct. prim. num. secund. & tertio ex L. Contrahitur, & L. creditur ff. de pignor.*

Ex triplici causa nascitur pignus seu hypothecæ obligatio. Vel ex Magistratus iurisdictione, quod dicitur *Pignus pratorium.* Vel ex partium conventionem, quod dicitur *Pignus conventionale.* Vel ex iuris constitutione, quod dicitur *Pignus legitimum.* Pratorium pignus subdiuiditur in *iudiciale*, & in id, quod proprie *pratorium dicitur.* Iudiciale pignus est, quod in executionem sententiæ iudicis auctoritate constituitur mittendo creditorem in possessionem bonorum debitoris, postea quam is in soluendo contumax extitit. Proprie pratorium est, quod ante latam sententiam à Magistratu constituitur, mittendo actorem in possessionem, vel retentionem bonorum, quatenus ipsi cautum sit. Conventionale autem pignus est, quo partes contrahentes expresse constitunt, siue rei interuentu, siue solo consensu; hoc autem est duplex *Generale*, quod ad omnia bona se extendit, non solum præsentia, sed etiam futura (in huiusmodi tamen pignore, seu hypotheca non comprehendunt ea, quæ nemo prudens in specie obligaret, ut quotidiana vestis, suppellex, & artium instrumenta) & *Particulare*, hoc est, vnus, vel plurium rerum in specie obligatio. Sylvest. verb. *Pignus.* Azor. p. 3. lib. 7. capit. secund. Filliac. rr. 28. numer. 169. Reginaldus l. 2. n. 582. Mol. d. 528. n. 14. & 15.

Legitimum autem pignus, seu hypotheca est, quæ neque iudicis præcepto, neque partium conventionem, sed legis dispositione constituitur; seu hypotheca legitima. Quæ theca legitima subdiuiditur in *Vniuersalem*, & *Particularem*. Vniuersalis est illa, qua omnia bona ex legis dispositione obligantur qualis est illa, quæ habet vxor in omnibus bonis mariti pro solutione dotis, quæ comprehendit omnia bona præsentia, & futura: Et fideiussor cuiuscumque debitoris sui: Et bona omnia tutoris vel curatoris Ecclesiæ vel Hospitalis tacite obligata sunt pro administratione: Et liberi habent tacitam hypothecam in bonis patris, pro administratione aduentitiorum. Et res pupilli pecunia obligata ipsi est, donec pretium accipiat. Et quæ à conductore in prædium virbanum illata sunt obligata censentur

Secl. I. de Contract Adminicul. 236

consentur pro pensione, ac damno rei. Particularem vero hypothecam vel pignus iam constat esse unum vel plurimum. Item ex legis dispositione obligationem. Azor. p. 3. l. 1. c. 3. Molina de contr. d. 556. Sylvest. v. Pignus, qu. 1. Bonacin. de contr. d. 3. q. 10. p. 1. c. 2. n. 1. Lessi. l. 2. c. 28. dub. 6.

Subiici hypothecae possunt non solum res corporeae, quae existunt. Sed etiam quae futurae sperantur: ut fructus pendentes, pecorum foetus, ancillarum partus, etiam si nondum fuerint concepti. Ex rebus vero incorporeis iudicii possunt hypothecae iura, nomina debitorum, seu debita, quae ad aliquem pertinere videntur, ut fructus, emphyteusis, sine praedivicio tamen proprietarii, item census, vectigalia, iustitictio. Bonacin. de contr. d. 3. q. 10. p. 1. c. 1. n. 5. Molina de contr. d. 529. Lessius lib. 2. c. 28. dub. 7. Illa non possunt oppignorari, aut hypothecari, quae vendi nequeunt, ut Ecclesia, cimetorium, sepulchrum, ius patronatus, mobilia pretiosa cultui divino dicata, ut calices, casullae, res publicae, ut plateae, & alia vni communi deputata. Item homo liber, nisi in casibus, in quibus in servitutem legitime redigeretur. Potest tamen dari obles, praeteritum in causa belli, ut itur pactis. Filiuc. tr. 38. capite 9. q. 5. Manu. p. 2. summ. capite. 26. n. 1. Lessius lib. 2. c. 28. dub. 7.

Quicumque habet liberam suam rem, vel alienam bonorum administrationem potest pignori dare. Vnde pupillus non potest absque Iudicis decreto rem suam loco pignoris obligare auctoritate tutoris: quod locum habet in obligatione voluntaria, non in necessaria. Servus non potest aliquid loco pignoris obligare. Nec moribundus heredis boni, nisi hie ratam habeat obligationem, nec Prelatus potest subicere res Ecclesiae hypothecae specialis, potest tamen in contractibus iure permittis bona Ecclesiae generaliter obligare sine illorum traditione. Nec socius potest pignori dare rem sibi cum socio communem. Procurator autem, vel qui negotia alterius gerit, potest aliquid pignori dare, quando speciale mandatum habet vniuersam bonorum administrationem cum libera potestate. L. solum, §. vlt. ff. de pign. Azor. p. 3. l. 7. c. 5. Filiuc. tr. 18. n. 176. C. Nulli, de reb. Eccl. non alien. L. Nemo ex sociis ff. pro socio.

Peccata, quae circa pignoris committi assolent, sunt si creditor, socio domino, vitur pignore, si sciente, admitti vstram. Si sua culpa pignus, pa graui, vel dolo pignus petierit, & solvere non vult, si transacto tempore pignus vendat non monito domino. Creditor autem potest pignus retinere, donec debitor omnia soluat & post tempus alteri oppignorare: fructus tamen ex pignore fructifero perceptos solvere debet. Natus. sum. c. 17. num. 205. Graf. p. 1. l. 2. c. 93. nu. 38. Filiuc. tr. 38. n. 178.

CAPVT IV.

De Mandato.



MANDATUM est contractus innominatus, quo quis officium honestum gratuito expresse vel tacite suscipit exequendum, in gratiam alterius. Debet itaque esse de re bona & honestam, mandatatum enim de re mala, & contra leges non obligat. Quia illud potest ad rem turpem obligari. Debet fieri gratis. Quia si merces pro eo sumatur, transit in locationem. Non autem si tantum sit spes remunerationis habenda: imo etiam cum promissione remunerationis non tollitur ratio mandati. Stipendium tamen pro executione debetur, si in pactum deductum fuerit, & mandatarius conluerit recipere mercedem. Fieri potest mandatatum expresse, vel tacite. Tacite fit quando quis sciens, & tacens, patitur, ut alter suum negotium gerat. Expresse fit, quando committitur signis, vel verbis. Azor. p. 3. lib. 9. cap. prim. Filiuc. tr. 39. cap. prim. Reginaldus l. 35. num. 607. Molina tr. 2. d. 548. Layman. l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 26. n. 1. & 2.

Generale mandatatum ad illicita non extenditur de re illicita inualidum est, & damna ex iniquo mandato sunt restituenda. Mandans autem percuti aliquem, non occidi, si sequatur occisio, non punitur ordinaria poena, sed mitiori. Molina d. 550. Filiucius tr. 39. capite prim. di. quest. 6.

Mandatarius potest recusare mandatatum nondum susceptum. Quia mandatatum est contractus dependens ab vtriusque contrahentis voluntate. Susceptum vero iam mandatatum recusare non potest, nisi iusta causa recusandi superueniat, qualis est capitulis inimicitia interueniens inter mandatatum, aut suspicio, qua mandatarius non bene apud mandatorem audit. Bonacin. de rest. d. 1. q. 2. p. 1. c. 6. num. 11. Reginaldus lib. 25. n. 607. Azor. parte 9. lib. 3. capite sexto.

Potest substantialia contractus mandati sunt consensus vtriusque, praeter officio obligationis alicuius, ut fit de re bona, ut in eo dando mandans certam formam praescribat. Vnde quae mandatarius facit contra formam mandati, inualide facit quoties certa forma sibi fuit praescripta. Quia qui mandati fines egreditur, aliud agere videtur, quam id, quod sibi mandatatum est. Hinc qui equum ab altero accepit vendendum centum nummis aureis, & tantum vendidit nonaginta, tenetur mandati decem restituere, eo quod fines mandati fuerit egressus. L. Diligenter, ff. mandati. Molina d. 552. num. 1. prim. Filiucius tractat. 39. capite prim. sine.

Quando autem mandatarius absque vlla forma expressa mandatatum accepit, debet diligenter prudenter, & rationabiliter negotia praestare: quae si hoc modo praestiterit valida erunt, & rata habenda à mandatore. Quia accipiente sentur absque vlla

33 Mandati definitio.

34 Generale mandatatum ad illicita non se extendit.

35 Mandatarius potest recusare mandatatum nondum susceptum.

36 De substantialibus mandati.

37 Demanda tario mandatum accipiente sentur absque vlla

SCOBAR
Theol. Mor.
S. M. V. V. II.
E. IV.


sentur facta iuxta rationabilem mandatoris voluntatem. Properea qui mandavit alteri, ut sibi equum emeret nullo expresso pretio, valide emerit quocumque pretio emat, modo sit iustum. *L. Præerea, Cod. mandati Azorius p. 3. l. 8. c. 23. q. 8.*

38 *Multis modis mandatum finitur.* Finitur mandatum multis modis. Primo per temporis constituti lapsum. Quia contractus non durat ultra contrahentium conventionem. Secundo per reuocationem mandati factam ab ipso mandatore. Quia hic potest reuocare mandatum quandiu res est integra, id est, quandiu res mandata nondum est inchoata: re autem inchoata non potest mandatum reuocare illud cum mandatarij damno. Post reuocationem mandati, gesta per mandatarium inuvalida sunt quoties mandatario mandati reuocatio innotuit; valida vero sunt si reuocatio mandati non innotuit, mandatario, excepto casu matrimonij, quod non valide celebratur post mandati reuocationem, etiam si procurator illum ignoret. Tertio finitur per mortem mandatoris, vel mandatarij: modo res sit adhuc integra. *L. Procuratorem, ff. mandati. Fill. tr. 39. c. 2. q. 7. Reginal. l. 25. n. 608. Moli. d. 552. n. 6. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 26. n. 6. Instit. de mandato §. Item si adhuc.*

39 *Quinque in casibus mandatoris finitur mandatum.* Attamen mandatum quinque in casibus mandatoris obitu non finitur. Primo, quando datum fuit mandatum de re aliqua exequenda post mandatoris mortem. Secundo mandatum factum fuit in gratiam mandatarij. Unde confessarius absolute delegatus ab Episcopo non admittit iurisdictionem audiendi confessiones Episcopi obitu, si verò non sit absolute delegatus, sed concessa sit facultas ad beneplacitum concedentis, amittitur Episcopi illius morte: secus si concessa sit ad sedis beneplacitum, nam sedes seu dignitas mortua persona perseverat. Tertio, non finitur quando factum fuit gratia dotis. Quarto, quando delegata est alicui facultas & iurisdicção sub nomine dignitatis, & non sub nomine proprio illius, à quo fuit præstitum mandatum; dignitas enim non extinguitur. Quinto denique quando mādās dicit, se concedere iurisdictionē, donec reuocauerit, sed postmodum re ipsa ante obitum non reuocant. *L. Si vero, §. alim. ff. mandati. L. Si cum fundum ff. de pactis. L. Si ego, ff. de iure dotium. Sanchez de matr. l. 8. capite 28. numero 49. Sā v. Gratia, num. 4. Cod. si delegatus de officio Iudicis in §. xio.*

40 *Quid intelligendum cum dicitur mandatum non expirare morte mandantis, quando res non est integra.* Quando autem dicitur mandatum non expirare morte mandantis, quando res non est integra, intelligo de iurisdictionis mandato, id est, per quod committitur iurisdicção. Nam præcepta superiorum, ad aliquid faciendum vel non faciendum obligantia, si non emanent per modum constitutionis à potenti illam facere: sed sint mandata ab homine, semper expirant mandantis morte, quamuis res non sit integra. Quia cum ea præcepta non sint constitutiones, haud sunt ex natura sua perpetua, nec possunt ligare extincta præcipientis iurisdictione per eius obitum, vel eius ab officio amotionem, nam quoad hoc perinde habetur ac mortuus, cum utroque casu præcipientis iurisdicção extinguitur, à qua præcepta vim habent. Syluest. *v. Delegatus, q. 6. c.*

v. Mandatum, q. 3. Bonac. de leg. d. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. n. 25. c. 26. Menoch. de arbitrar. lib. primo. q. 69. num. 4. Corduba ad Regul. S. Francis. c. 10. q. 3. pun. 1.



CAPVT V.

De Negotiis gestis.

EGOTIA gesta dicuntur, cum absque mandato formaliter, aut virtute negotium alterius vtiliter geritur. Si autem præcedat mandatum formaliter, aut virtute, non erit contractus negotiorum gestorum, sed mandatum. *Instit. de obligat. Molina d. 553.* Negotiorum gestor is dicitur, qui negotia alterius vtiliter agit, absque eo, quod de iis habeat ab illo mandatum formaliter, aut virtute. Certe res ipsa, & bonum commune postulat, ne res, & negotia absentium, & minorum damnū paterentur, ideo statutum est vt vtiq;e oritur obligatio, idēque existit hic quasi contractus negotiorum gestorum. *Filliucius. tr. 39. n. 33. c. 34.*

Negotium alterius quatuor modis geritur. Primo, cura & officio, vt in tutore, curatore, & huiusmodi. Secundo, re ipsa, cum in vilitatem alterius aliquid impenditur, etiam si eius intuitu factum non sit. Tertio, rati habitudine, cum vnus nomine alterius gessit, hic ratum habet: & nisi hic ratum haberet, nihil ad illum pertingeret. Quarto, ipsa actione negotij gesti, vt si quis creditori alterius soluat eo absente, vel ignorante. Nil autem refert, si quis in hoc contractu gerat negotia alterius siue per se siue per alium: potest enim alium substituere sicut procuratorem suo tantē periculo. *Azor. parte tertia lib. 1. cap. 24. ex l. Nam & seruus, ff. de negot. gest.*

Negotium gerentes indico obligationem. Debet reddere rationem eorum, quæ gessit, & soluere, si aliquid peruenit ad ipsum ex negotio nec gerentis gesto, vt fructus rei administratæ, pecuniam à negotio, & debitoribus receptam. Huic vero obligationi respondet in eo, cuius negotij gestum est, actio negotiorum gestorum, ad ea omnia exigenda ab eo, quæ competit mandati aduersus mandatarium. Ex parte vero eius, cuius negotium est gestum, oritur obligatio soluendi expensas in ipsius bonum factas. Nomine autem expensarum etiam intelligo valorem industriae, & operatum appositarum. Cui obligationi respondet in gestore negotiorum actio contraria, ac exigendū ad eo, cuius negotij gestum est, eiusmodi expensarum intelliguntur, *Instit. de obligat. quæ ex quasi contr. c. l. si remmer and §. 1. ff. mandati.* At in eo, qui putans se agere negotium vnus, gessit alterius negotium, quia res illa ad hunc pertinebat; resultat ex eo negotio actio negotiorum gestorum inter hunc & illum, cuius negotium vere est actum lege si cum puani lege. *Liberto paragrafo primo ff. de negot. gest.* Eodemque modo, si quis recipiat aliquid alterius nomine, vel alteri, si hic ratum habet postquam sciuit, oritur inter recipientem

Seccio I de Contr. Admniculariis 24 I

pietatem & hanc actionem negotiorum gestorum. *l. si pupilli §. item queritur ff. eodem, Molina d. 554 n. 10. & 11.*

Negotiorum gestor, si gestum est negotium tantum in bonum eius, qui abiens erat, quapropter ita delictum erat, ut nullus alius id gesturus fuisset: tenetur tantum de dolo & culpa lata. *l. quod Nerva ff. depositi.* si autem negotium delictum non erat, sed id quivis alius gesturus fuisset, tenetur de levi culpa, saltem quando nullus diligentissimus sese offerebat, qui id gereret. Quando vero diligentissimus se obtulisset, & impeditus est, eo quod ipse iam id suscepisset, nisi mandatum datum fuisset diligentissimi negotiorum gestoris, non tenetur nisi de levi. *Mol. d. 554 n. 6.*

De casu vero fortuito regulariter non tenetur. *l. Negotium. C. de negot. gest. Dixi Regulariter,* quia si dominus negotiorum admonuisset, ne ageret sua negotia in absentia nisi eo pacto, ut teneatur de casu fortuito: tunc si ea agat in absentia domini, tenetur. *l. Negotium cit.*

At incipiens negotium gerere, & postea relinquens antequam perficiatur, tenetur de damno ob id subleto. Quia censetur initus quasi contractus inter utrumque de eo gerendo, ac perficiendo. *l. In commadato §. sicut ff. commadati.* Unde sicut in societate morte vnius ex locis expirat societas, quoad negotia non gesta, non autem quoad ea, quae cepta sunt, haec enim per fici debent: ita negotiorum gestor debet quae cepit, perficere. *l. Nam & Neratium §. si vnicuique ff. de negot. gest.*

Quando is, cuius negotium geritur, expressè significavit, ne vilius id gereretur: non tenetur ad expensas factas post admonitionem, etiam si vilius negotium actum esset, ad factas vero tenetur. *l. In C. de negot. gest. Azor. p. 3. l. 1. c. 24. q. 3. Molina d. 154. n. 1.* Si autem nulla praecessit admonitio, & negotium aliqui vilius gestum est, tenetur solvere expensas. *l. si ex duobus ff. de negot. gest. si vero expensae factae in negotio abientis maiores sint, quam rei utilitas non tenetur abiens eas solvere, nisi pro vilitate in re illa subleto ratione. Molina & Azor ubi supr.*

Ceteri qui negotium gessit animo gratuito non potest expensas petere, mutato animo, si is fuit elemosynae, & pietatis. Quia eo ipso donavit, unde non potest exigere pretium, si autem non gessit animo gratuito, sed animo compensationem exigendi, tunc potest exigere id, quod expendit. Quia tunc vtiliter gessit illius negotia, & quod impensum est pretio est compensabile. *Filliac tr. 39 n. 48.* Praesumitur quidem expensas factas fuisse causa pietatis, si gestor negotiorum, & ille cuius nomine gerit sint consanguinei intra tam arctos gradus, ut soleant ab ascendentibus illis praebere alimenta, quando indigent, si famulus egrotavit, & paterfamilias sumptus in infirmitate eius gessit famulo incompetentes, contententes autem nobilitati, ac divitiis patrisfamilias, praesumendum est, eos fecisse gratis, ac pietatis intuitu. *Mol. d. 554 n. 14.*

Ex negotis gestis duplex actio oritur. Vna directa in eo, cuius negotium geritur ad negotiorum gestorem, ad ea omnia exigenda, quae mandator exigit contra mandatum. *l. scilicet. Merid. Theol. Adoral. Tom. V.*

Alteri contraria in negotiorum gestore aduersus eum, cuius negotium gestum est, ut id exigat ab eo, quod merentur expensae industriae, & operae in eo collatae. Est vero eiusmodi actio vtriusque resultans, personalis, ut habetur *l. penult. C. de negot. gest. & transit etiam vtriusque in haeredes, & contra haeredes negotiorum gestoris, & eius cuius negotium est actum. l. 3. §. hac autem ff. de negot. gest. lege plura apud Molinam d. 555.*



CAPVT VI.

De Tutela, & Cura.

TUTELA est ius & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem suam sponte se iuri nequit. *l. Quid a iure civili data & permissa.* Unde tutor dicitur, qui pupillam, vel pupillam mortuae patris, vel emancipatione sui iuris factam, factamve tuetur. Principaliter tutor datur in personae defensionem, quae propter aetatem defendere se nequit. Secundario autem datur ad res tuendas. Curator autem ex opposito datur principaliter ad defendendas res, secundario in personae defensionem. Tutor datur pupillo, seu impuberi: curator vero minori, id est, illi, qui quatuordecim annos expleuit. *Instit. §. est autem de tutela. Instit. de curatore.* Syluest. *v. Tutela.* *Filliacius tr. 39 n. 53.*

Triplex tutela sicut & intorem inuenio. Prima dicitur *Testamentaria*, & tutor testamentarius, cum scilicet pater, vel alius ex ascendentibus dat filio tutorem in testamento. Secunda dicitur *Legitima*, quae datur a lege absque hominis facto, cum nullus est tutor testamentarius, & deferretur ei, qui primo loco debebat succedere pupillo ab intestato, is enim tenetur, suscipere eius tutelam, quia ubi est successione emolumentum, ibi & tutela onus esse debet. Tertia dicitur *Datiua*, quae scilicet datur a Iudice, cum nullo tutore dato in testamento, nec extantibus consanguineis ad tutelam idoneis.

Index ex officio dat tutorem. Durat autem tutela usque ad quatuordecimum annum completum in mare, & duodecimum in foemina. Deinde incipit cura usque ad vigesimum quintum completum in viroque. *Institution. Qui mo. tutel. fil. & Instit. de curatore.* Syluest. *verb. Tutela quatio. prim. Bonacina de contr. disp. 3. qu. 19. puncto secund.*

Tutor potest institui ille, qui alterius curam suscipere valet, & a iure non prohibetur. Unde impubes & minor non possunt constitui tutores, imò nec furiosus, imò nec Religiosus creditor, vel debitor pupilli, Quia omnes hi a iure repelluntur. Porro mater, & ania tutela filiorum suscipere possunt, si velint, & aliis tutoribus

X

SCOBAR
Theol. Mor.
M. V. V. II
E. IV

44 De qua culpa tenetur negotiorum gestor.

45 Regulariter non tenetur de casu fortuito.

46 Quid si negotium relinquitur antequam perficiatur.

47 Quando reus ad expensas factas tenetur.

48 Qui negotium gessit animo gratuito non potest expensas petere.

49 Ex negotis gestis duplex actio oritur.

50

51

52

53

Tutela triplex Testamentaria, Legitima, Datiua.

Tutela ac cura duratio.

Qui nam possunt institui tutores, res aut curatores.

tutoribus legitimis, & datinis praefertuntur, non vero testamentarijs. At si mater, & avia transeant ad secundas nuptias, contracto matrimonio, tutelam ipso iure amittunt, & bona secundi coniugis obligata remanent pro reddenda administrationis ratione. Filii familias, praefecto alio impedimento, tutor potest constitui. Clerici autem non possunt cogi ad tutelam suscipiendam, quia eo gaudent privilegio, possunt autem si velint, recipere tutelam legitimam, non autem dativam, vel testamentariam, *leg. si hereditas, § si furiosus, ff. de test. tut. Authent. Mari, & avia, c. Quando mulier tutela officio fungi pot. l. Filius familias, ff. de his, qui sui sui vel alieni. Cap. fin. dist. 76. Bonac. de contr. d. 3. q. 19. pun. 3. Filiuc. tr. 39. n. 55.*

93
Ex qua
culpa tutor
aut curator
tenentur.

Tutor autem tenetur ex eadem culpa, qua negotiorum gestor, nempe ex dolo, culpa lata, & levi, & ad omnia negotia pupilli, ex quorum omissione pupillo detrimentum sequeretur, & hoc maxime, si officium tutoris praetio exercet, tunc enim cum officium tutoris, aut curatoris vtile sit pupillo, vel minori, & ipsimet tutori, vel curatori, ideo de levi culpa tenetur. Salarium autem tutori, vel curatori constituendum est à principio, alioquin non debatur, nisi iusta causa superveniat. Quia dum Salarium ab initio constitutum non est, censeatur tutor, vel curator, gratis tutelam, aut curam suscepisse, suoque ceffisse iuri. *l. secund. Codic. si tutor, vel curator. leg. Tutori. Codic. de negot. gestor. Molina de contr. d. 555. n. 1. Menoch. de arbit. l. 2. casu 512. Bonac. de contr. d. 3. quest. 19. puncto 4. numero 2.*

54
At tria
tutor vel
curator te-
nentur.

In particulari tutor vel curator ad tria tenentur. Primum ut conservet pupillos vel minores à crimine illatos, eosque bonis moribus imbuat. Ob id unus & alter potest stipendium pupilli, aut minoris praepositis assignare, iuxta eorum qualitatem, & quantitatem patrimonij. Secundò, ut res eorum ab iniuria praeruet, unde tutores dicti sunt quasi *tutores*. Tertio, ut pecuniam eorum, vel bona mobilia, quae ad nihilum, valent, si afferuntur convertant in praedia, ex quibus percipiant fructus, alioqui tenetur tutor, aut curator pupillo, aut minori ad fructus, quos habere poterat, deductis expensis, & periculis. Quod tamen intelligo, si id facere potuerunt, *C. l. 12. quest. prim. Sylvest. verb. Tutor. questio. quars. Fillinc. trall. 39. numero 57. Reb. ll. part. secund. l. 17. qu. prim. num. 10. Bonac. de contr. d. 3. q. 19. pun. 4. num. 5.*

55
Quid agere
debeat tu-
tor aut cu-
rator cum ad
es alienum
solvendum,
vendendum
pupilli, vel
minoris bo-
na sint?

Si ad es alienum solvendum vendenda sint aliqua pupilli bona, tutor primo loco debet alienare res inutiles, deinde res minus utiles, ultimo loco bona stabilia, si reliqua non sufficiunt ad solvenda debita. Unde infero, nefas esse tutori, vel curatori, vendere bona stabilia pupilli, vel minoris, nisi ex urgente causa. *leg. Ob es Cod. de prad. minor. Sylvest. verb. tutor, questio. 4. Tabiena ibi. § 2. Res autem pupilli, aut minoris non possunt emi à tutore vel curatore, nisi sub hasta, ac bona fide.*

56
De inven-

turam potest, facere inventarium de rebus

pupilli, nisi causa necessaria, vel iustissima impediatur. Causa autem necessaria est mortuario bonorum. Causa iustissima dicitur, si testator remittit confessionem inventarij, nisi ex causa do. videretur contrarium in iudicio. *leg. Tutor, qui repertorium, ff. de administ. tut. leg. Haec conditio, ff. de condit. & demonstr. Sylvest. verb. Tutor questio. 6. & 7.* In duobus autem casibus non tenetur. Primum, si consuetudo esset, quod non fieret. Secundò, si Index ex causa remitteret. Hoc verò inventarij fieri debet in praesentia publicarum personarum, sufficit tamen notarius, nec praesentia Iudicis necessaria, est nisi ut fiat fides contra debitores, quorum nomina in inventario scribuntur. Fieri denique debet inventarium omnium bonorum seu rerum corporaliu: & instrumentorum, hoc est, omnium iurium corporaliu, de quibus apparent instrumenta, vel probationes in bonis pupilli, aut minoris. *Tutores, C. de admin. tut. Syl. citat. q. 8. & 9. Fill. tr. 39. n. 60. & 61.*



CAPVT VII.

De Stipulatione, & Acceptatione.

Stipulatio est contractus, qui verbis perficitur, praecedente interrogatione, quae ab altero petit, an promittat, vel adstringat se ad aliquid dandum, vel faciendum, & subsequuta responsione, ac sponse alterius, qua promittat, id se facturum, aut concedat. *Instit. de verb. obligat. in princ.* Verum is, qui interrogat ac petit promitti sibi, & stipulari ab alio, dicitur *Stipulator*, is vero, à quo stipulatur, & petitur promissio, dicitur *Promissor*, vel *Stipulatus*, sumpto nomine *Stipulari* passivè. Profecto olim praescriptae erant certae verborum formae ad interrogandum, & respondendum, sine quibus contractus non valebit, hodie satis est, ut quibuscumque vocibus in idiomate aliquo significantibus unus alteri exprimat sufficienter suam petitionem, & alter illi suam consensum declarat. *Instit. de verb. obligat. §. 1. l. Omnes, ff. de contrab. & com. stipul. Mol. d. 254. n. 3.*

Si interrogatio fiat in vno idiomate, & promissio in alio, valida est stipulatio. Quia licet voces, quibus stipulator, & stipulatus utuntur, non debeant esse significantiae ex sola impositione eorum, tamen si fiat inter homines diversarum linguarum satis erit, si interrogatio in vno idiomate fiat, & in alio promissio, modo se invicem intelligant, saltem per communem interpretem, *l. 1. §. ultim. ff. de verb. oblig.* Hinc inter absentes, hoc est, adeo distantes, ut unus non valeat percipere vocis alterius significationem stipulatio perfici non potest. *l. ff. de v. oblig. si tamen in publico instrumento continetur, stipulatore, & stipulatum praesentes fuisse, nisi stipulatus contrarium probet sufficienter, sine*

Secl. I. de Contract. Adminicul. 243

instrumento standum, l. optimam, §. item verborum, C. de contr. ab. stip. similiter cum muto, aut sordo stipulatio contrahi non potest, nisi per procuratorem, aut publicum notarium, nunt, aut scriptura suppleto. l. 1. ff. de verb. oblig. Mol. d. 2. 24. n. 4.

59
Dicitur res-
ponso con-
tinuatio
legi.

Responsio debet sequi continuo stipulationem. Nam si fiat ex intervallo ita ut promissor ad alia diuertat, inualida est. Quia non modo stipulator, & stipulatus presentes esse debent, sed etiam requiritur ut responsio continuo post interrogationem sequatur absque dimissione in alia. Nam si diuerteret, non intelligeretur responsio esse ad interrogationem factam. Si vero sit ex aliquo intervallo, ut quia interrogatus paulum discedat, & mox reuertatur priusquam ad alia diuertat, valida erit stipulatio, l. 1. §. qui presens, & l. continuus, ff. de verb. oblig. Quando autem dubium esset, an ad alia diuertisset, necne posset repeti interrogatio, atque ita succedente responsione continuo, omne dubium de eius inualiditate tollitur.

60
Quatuor
dicitur cir-
ca stipula-
tiones
distingui.

Quatuor circa stipulationem de iure obseruanda reperio. Primo non posse quempiam alteri pro altero stipulari, nisi sit eius frater, aut filius. Secundo, non valere stipulationem, vel legatum factum in genere de re aliqua non demonstrata. Tertio obligationem stipulatam sine conditione, neque ad certum diem die presentis deberi, sed non posse peti eo die, quo stipulata est. Quarto, stipulationem ab heredes transire, quando promissio facta potest per alium impleri. Fill. tract. 39. num. 66.

61
Quid sit
acceptatio

Iam verò Acceptatio est contractus, quo interrogante debitore suum creditorem, acceptum non solum habere debitum aut velis illud remittere, creditor respondeat: Acceptum habeo, seu remitto, qua extinguitur procedens debitum. Certe quamuis ex eiusmodi conventionione nulla oriatur obligatio, sed potius dissoluitur preterita, (nisi quis dicat, oriri obligationem in creditore, ad non petendum debitum in posterum) quia tamen fit concurrente consensu creditoris debitum condonantis, & debitoris condonationem postulantis, & accipientis, ideo inter contractus latissime sumpto nomine contractus annumeratur. Mol. d. 2. 3. 2. n. 1. Itaque acceptatio est contractus, vel potius distractus, qui verbis perficitur. Dissolvitur autem per eum obligatio civilis verbis contracta, hoc est, per stipulationem; & sicut civilis iure introducta stipulatio fuit, ita eodem debuit introduci acceptatio, qua illa dissolueretur, §. item per acceptationem, Inst. quibus modis oblig. tollitur.

62
Quomodo
modo per
cum civilis
obligatio
tollitur.

Quomodo per eam obligatio civilis tollatur si rogites, respondeo, extingui non locus ac si quod debeatur ex stipulatione, solueretur. Ideo §. item citato appellatur acceptatio imaginaria, & virtualis solutio. Mol. d. 2. 3. 2. n. 8. Possit etiam extingui per eam obligationes civiles ortæ ex alio capite, quam ex stipulatione, l. ex vno, ff. de acceptilat. Modus autem hic est, si debitum ex quocumque alio capite conuertatur in debitum ex stipulatione, & deinde fiat acceptatio, tunc enim per eam extinguetur ex alio quocumque capite debitum. Forma autem hæc est, Esob. & Mend. Theol. Mor. Tom. V.

vt creditor primum stipuletur hoc modo à debitore. Quantum mihi debes ex tali titulo, puta venditionis, vel donationis, spondeine dare, & debitor respondeat, spondeo, tunc per eam debitum ex alio capite conuertitur in debitum ex stipulatione. Quod si deinde hæc stipulatio extingatur Per acceptationem, per hanc etiã dicitur extingui obligatio ex alio capite liberta. Atque huiusmodi stipulatio dicitur Aquiliana, quia inuenta fuit à Gallo Aquilio ad effectum, de quo agimus, Molina disputatione 252. numero 9. Quod si non seruetur forma, acceptationis, sed solum interueniat promissio creditoris acceptata per debitorem de non petendo debito, extinguitur quidem obligatio naturalis, & in foro contentio illud petere non potest Mol. ubi sup. n. 10.

63

Acceptatio itaque habet vim solutionis, Barthol. ad leg. si marito, §. si pater ff. solutio habet de matrimonio. Habet vim pacti de non petendo leg. cum emptor, ff. de rescind. vendit. & donationem sapit, Barthol. ad leg. si ex pluribus, ff. de solut. Tollit actionem realem personalem, & mixtam, l. vt responsum. Tollit omnem obligationem. Speculat. de except. & repli. §. 1. Valet facta à minore, vel pupillo, sed tutoris vel curatoris autoritate, l. 1. & ibi, bald. C. de acceptil. Acceptationis contractus statim est perfectus, & trahit secum executionem. Barthol. ad leg. Metum, §. sed quod Prator, ff. quod met. causa. Acceptatio facta mulieri: quæ fideiussit pro debitore debitorem non liberat, Bald. ad l. Senatus, C. ad Velleia. Acceptatio facta per procuratorem non habentem speciale mandatum, habet vim pacti de non petendo. Barthol. ad leg. An inutilis, ff. de accept.



CAPVT VIII.

De Compromisso.

Compromissum est contractus quidam, quo aliqui mutuo consensu in sententiã arbitri aut arbitratoris reijciunt controuersiam aliquam dirimendam, spondentes se illi pariuor. Dixi esse contractum, est enim contractus innominatus onerosus, quia vnusquisque compromittentium se adstringit arbitri, aut arbitratoris definitioni stare. Addidi, Quo aliqui mutuo consensu &c. quia est volutarium, & liberum, vt fiat, aut non fiat. Postquam autem factum est, adstringit compromissarios ad standum arbitrio. Adhibui; Arbitri, vel arbitratoris, quia arbiter est, qui eligitur vt index ad hoc, vt seruato in substantialibus iudicij ordine, de compromissa controuersia sententiam ferat. Arbitrator autem eligitur, vt aliquid existimet, vel dicat de re aliqua, quid sibi videatur sine ordine iudicario. Mol. d. 556. Sylu. v. Arbitr.

64

Quid
compromis-
sum.

Certe promissum nudo pacto celebratum non inducit iure civilis obligationem ad illud promisso seruandum, nisi altera ex parte traditione sit pacto nudo De com- firmato.

65

SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. l. v. II.
E. IV

completum & sic transeat in pactum vestitum. Si enim aliter impleuit, habet actionem contra alterum, vt vel cogat illum implere ex parte sua, vel solueré interesse, quod ex hoc passus esset, qui impleuit iure civili communi conceditur, vt quod ex tali pacto nudo solutum esset reineri possit, cum enim ex eo oritur obligatio naturalis, & in foro conscientiae, ideo saltem ius civile concedit retentionem. Certè compromissum, quo aliqui compromittunt se stare arbitrarium sententiae pactum est nudum, nisi ab vna parte aliquid alteri sit tributum, sententia autem arbitrarium eam tantum vim habent obligandi, quae oritur ex compromisso, aut quam ius progressu temporis dare voluerit. Mol. tr. 2. d. 255 & 257.

66
De compromisso firmato stipulatione, & pena appositâ.

Si compromissum firmetur stipulatione, arbitet cogitur progredi in causa, & suo tempore secretâ ferre. Lata autem sententia iure communi civili, parti, quae vult illi stare, conceditur actio contra alteram nolentem ei parere. De iure autem Canonico hæc competunt, etiam si nudo pacto compromissum sit celebratum, modo sententia manifeste iniqua non sit. Molina tract. secund. d. 35. Iure communi à sententia arbitri non admittitur appellatio, siue appositâ fuerit pena, siue non. Quando autem post sententiam ab arbitro latam appellandum est, appellatur ad Iudicē rei, qui ab arbitri sententia appellat: ille enim futurus est sententię arbitri executor. Postquam verò à sententia arbitri appellatum est ad Iudicem ordinarium, pars grauata ea appellatione, & sententia lata ab eo Iudice ordinario, potest ulterius appellare ad Iudicem alium superiorem, ad quem à tali Iudice assolet appellari. At in compromisso firmato, stipulatione, & appositâ pena contravenienti sententię, si non fuit appositâ clausula, *Ratio manente sententia*, de iure communi, si is, qui ea fuit damnatus expresse illam emologauit, victor agit ad sententię executionem, si victus eam moretur implere. Iam enim damnatus ea sententia eligit potius illi parere, quam penam soluere. In compromisso firmato stipulatione appositâ pena nõ stante compromisso, & sententię, si addita sit clausula, *Ratio nihilominus manente compromisso*, tunc secuta sententia, & emologata expresse, de iure communi civili agitur solum ad sententię executionem, si damnatus se in mora eam adimplendi, non autem agitur ad penam. Potrò emologari sententiam idē est, ac mutuo vtriusque compromittentis consensu, statu sententię, & arbitramento prolatis, iā esse acceptatâ. Mol. d. 3. n. 8. 14 & 17.

67
De compromisso iuramento obfirmato.

Licet compromissum iuramento obfirmatum pareret olim obligationem ad illud seruandum etiam in foro civilitamen ob frequentiam periurij vetitum est iure Authenticorum in *Authent. Decernit*, *Codic. de recep. arbitri*. Hinc partes non veniunt seruare compromissum, quod iuramento confirmantur. Tenentur tamen de iure Canonico & in conscientia. Quia tale iuramentum non est malum in se, nec contra bonos mores naturales ad summum, Molina. tr. 2. d. 36. Fil. luc. tr. 39. n. 91.

68

Plura ad iudicio, quae operę pretium est de

compromisso dignosci. Compromissum facere potest quilibet super rebus, quas potest alienare, in aliis autem, quae alienare non potest absque certa solemnitate, etiã sine illa solemnitate compromittere non valet. Syluest. v. *compromissum*, ex Panormit. & Bart. si compromissum protogetur, intelligitur in tantumdem tempus: vel vique ad tres menses, vel vsque ad annum. Specul. de arbit. §. excipitur. Baldus ad l. 1. *Codic. vs in pos. leg. Alex. conf. 20. p. 2.* per arbitrium potest prorogari ad tres menses ex potestate prorogandi sibi concessa à partibus. Alex. conf. 70. p. 2. Non potest autem prorogare ultra duas vices, vel tres ad summum. Baldus ad cap. *Tua nos, de appellat.* Compromissum post annum expirat. Specul. de arbit. §. differ. Bartol. ad l. *si de meo*, §. ex compromisso. ff. de arbit. scio, alios dixisse, durare triennio: alios, arbitro Iudicis relinquendum ex æquitate. Compromissum suspendit causę principalis instantiam. Baldus ad l. *Properandum. C. de iud.* Quod verum cetero, si sit factum à domino litis, vel procuratore ante litis contestationem habente speciale mandatum. Potest fieri compromissum etiam post sententiam intra appellandam tempus: non autem post, quia sententia transit in rem iudicatam, & rem liquidam fecit. *L. eleganter in principio & ibi Bart. & §. si post & §. Quid ergo, de cond. indeb. v. illuc. tr. 39. num. 100.*



CAPVT IX.

De Arbitrio.

ARBITER stricte sumptus est is, quem partes matae inter se conuentione sibi eligunt, qui controversas inter ipsos dirimat, & cuius iudicio, ac definitioni extent. Si vero late sumatur, comprehendit quemlibet existimatorē sine suarum, siue aliarum rerum: siue alij eius iudicio, & existimationi se subiciant, siue non. Differunt autem Arbitrer & Arbitrator, quod ille partibus constituatur, vt iuxta iuris terminos sententiam fecat, idēque velut Index quidam est. Arbitrator verò tanquam amicabilem compositor à partibus eligitur, vt pro bono pacis seruandę, ex vnus iure demere, & alteri tribuere valeat, magna tamen laesione vitata. Mol. tr. 5. d. 30. n. 2. Fil. tr. 39. nu. 102. Sylu. & Tabi. v. *Arbit.* Säch. l. 6. su. c. 13. n. 52.

Arbitrium verò est sententia prolata ab arbitro. Arbitramentum vero est sententia ab arbitratore expressa. Nemo potest alse arbitrator. Quia arbitrer eligitur quasi Index, vt esse arbitrer iuris ordine seruato procedat: in facto proprio nemo potest esse Index. At arbitrator causa bene eligitur vt amicabilem compositor, vt procedat extra iudiciũ, & parte cõponat, quoin proprio facto non repugnat. Sylu. v. *Arbitrer* n. 2 & 3. Fil. tr. 39. n. 104. Sanch. l. 6. mor. c. 13. n. 53. & 54. Abbas ad c. *Quintavallis* n. 7. de iur. iur.

Arbitri este non possunt minor viginti annis. *L. Cum lege. ff. de recep. arbit.* Si autem maior viginti, & minor vigintiquinque accipiet arbitri.

ceptet esse arbitrium, & laesum se re-
priet quod id sibi non expedit, resti-
tutione in integram subuenitur. Nec mutus,
nec surdus, nec seruus arbiter esse potest
L. Illa verba, ff. de verb. signif. Nec
mulier, ideoque compromissum in illam,
nullam est. Lege ultima Codicis de recept.
arbitr. nisi esset Regina, Ducissa, Marchio-
nissa &c. vel nisi loci consuetudine iurisdi-
ctionem exerceret. Nec Religiosus, nisi de li-
centia sui Praelati, cum id expedit Mona-
sterio; quia arbitrium requirit iudicij for-
mam, quae Religiosis prohibetur. Cap. de
presentiam. Cap. Monachi secund. 16. qua-
stio. prim. Potest autem esse arbitrator cum
superioris consensu, si subditus sit. Nec ex-
communicatus, quia non potest cum aliis
communicare, quare nec arbitrator esse po-
test. Index ordinarius iure civili esse arbiter
prohibetur. L. sed est seruum, ff. de re-
cept. arbitr. Laici arbitri esse neque in
causis spiritualibus, nisi de summi Prae-
latis licentia. At laici simul cum Clerico
possunt arbitri esse de Ordinarij licentia, aut
Iudicis delegati eius causa. Cap. contingit
de arbitr. Potest arbitri esse possunt alij om-
nes qui iure prohibiti non fuerint. Sane hez
libro sexto Decalog capite decimo tertio nume-
ro 55. Sylvest. verb. Arbitr. quest. 16. Molina
d. 39. Layman. libro quarto tract. quiviro
cap. 11. num. 6.

Porro materia arbitrij & compromissi est
in omni causa & re, quae prohibita non in-
uenitur. In causis criminalibus compromitti
non potest, nec dari arbitrium. Neque de re-
bus ad communitatem spectantibus. Neque de
causa ad matrimonij vinculum atinente.
Arbitri potestas limitata est, & extra com-
promissum iudicare non potest. Debet autem
arbiter presentibus ferre sententiam. Index
electus arbiter a colligantibus sub conditio-
ne, ut iuxta suum iudicium iudicare debeat,
& non iuxta aliorum; non potest alienam opi-
nionem sequi. Si tamen aequae probabiliter
duas sustineat opiniones, iuxta quamlibet po-
terit iudicare. Fill. rr. 39. a. n. 107. Mol. d. 40.
41. 42. 43. & 44. Sylvest. v. Arbitr. q. 13. 14.
& 15. & alij ex L. Diem, ff. de arbit. §. si quis
L. Si cum dies, §. si arbitror, ff. de recept. arbit. L.
1. ff. de recept. arbit. L. Si inter, l. scuti, ff. de re-
cept. arbit. l. Diem proferre, §. si plures, ff. cod.
tit. l. Item si unus, ff. item plures, de recept. ar-
bitr. L. Diem proferre, l. Non distinguamus, ff.
eodem tit. §. summa rei, §. 1. non est cogendus.

CAPVT X.

De Transactione.

TRANSACTIONE est de re dubia &
litae incerta, nec dum finita, non gra-
tuita pactio, sed aliquo, dato, ve re-
tento, vel promisso. Praeter rei dubie-
tatem requiritur, ut non sit circa rem, de
qua iam lata sententia sit, quaeque in rem
transierit indicatam. Si enim inuvalida sit, iu-
Eicob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

ram eo minime firmatur; at is qui iuravit, ro-
laxationem prius curare debet. l. 1. ff. de tran-
sact. Mol. rr. 2. d. 556. n. 4.

Transactio est contractus innominatus, Fa-
cio, ut facias, vel Do, ut facias. Habet autem li-
mitudinem cum locatione, & iuxta illam
est regulanda. Transit in nominatum, si si-
pulatione vestiatur. Si fiat sub certa pena no-
lenti illi stare, cogi potest, vel ad illi standum
vel ad illam penam soluendam. Si iurata sit
transactio, & pena contravenienti apposta,
vtrumque peti potest, & quod seruetur tran-
sactio, & quod soluatur pena. Si vero iurata
non sit, sed tantum munita stipulatione a qui-
liana, & apposta pena contravenienti: tunc
etiam potest exigi pena ab eo, qui contra il-
lam agit. Fill. rr. 39. e. 8. q. 5. 6. & 7. Mol. rr. 2. d.
556. n. 7. 8. 9. & 10.

Transactio de re dubia valida est, tamen in foro
conscientiae quam externo. Ad iustitiam au-
tenti transactionis requiritur, ut inter transi-
gentes seruetur aequalitas. Si alter transigen-
tium deceptus sit ultra, aut infra dimidium
iusti valoris, datur actio decepto, ut vel con-
tractus rescindatur, vel reducatur ad aequa-
litatem iuxta voluntatem eius, qui decepit,
quod praecipue potest in rustico, ac muliere
contingere. l. Lucius iuxta Glossa ibidem ff. ad
Treb. Mol. rr. 2. d. 556. n. 20. Fill. rr. 39. e. 8. q. 11.

Qui non potest bona aliqua alienare, transi-
gere non poterit circa illa, aut compromitte-
re. Quia qui transigit, etiam alienat. In testa-
mentis prohibita est transactio, quando fieret
sine scientia eorum quae in testamento con-
tinentur. Sententia autem super iis, quae in te-
stamento continentur non viso, etiam si eo
viso, aliter iudicandum esset, valida quidem
est, sed rescindenda. Si ignorentur contenta in
ultima defuncti voluntate, & facta sit tran-
sactio cum debitore hereditatis, inuvalida est,
etiamsi fiat cum renanciacione iurium, quae
disponunt, eam esse inuvalidam. l. Non solum,
Cod. de praed. minor. l. De his, ff. de transactio.
Mol. rr. 2. d. 157. n. 1. Fill. rr. 39. e. 9. q. 5. & 6.

Transactio super alimentis, si relicta sint
ex ultima voluntate, & praestanda in futurum
absque iudicis auctoritate inuvalida est. Si au-
tem iuramento firmetur, valet. l. Cum hi, ff. de
transact. Conar. C. Quamuis pactum p. 2. §. vl-
tim. n. 12. Transactio autem particularis ad
alias res non extenditur, licet extendatur
etiam ad connexa, & dependentia. Si peti-
tione praeniam generalis, secuta est transactio gene-
ralis, tunc etiam circa incognita intelligen-
da generaliter transactio, est, modo absit dolus.
Si generalis sequatur, post petitionem
particularem, & restringi potest ad illa sola
particularia, non intelligitur de aliis rebus. l.

Ago cum, Codic. de transact. Mol. na
trallat. secund. d. 558. Fil-
lincius trallat. 39.
cap. 9. quest. 9.
& 10.

X 3 CAPVT

75
De validi-
tate eius in
re dubia, &
cum alter
transigentium
sit deceptus

76
Non potest
transigere
qui non po-
test aliena-
re.

77
De transa-
ctione super
alimentis
& de tran-
sactione
particulari,
aut genera-
li.

SCOBAR
Theol. Moral.
Tom. V. VI. VII.
E. IV

72
Arbitrij
materia, &
iura.

73
Transactio
quid sit.



CAPVT XI.

De Compositione.

.78
Quid com-
positio?

COMPOSITIO latius patet, quam transactio, est enim *Patet de re aliqua, vel circa quam nulla controversia sit, vel circa quam sit, aut esse possit.* Ita cum pontifex per Bullam cruciatæ, vel per se ipsum, aut summum Pœnitentiarium debitori summæ personis inceris, condonat maiorem partem, & minorem applicat in belli contra infideles subsidium, vel in aliud pium opus, compositionem dicitur facere, & gratis remittere debitum, de quo nulla est controversia, quod ei debeat satisfieri, & id, quod soluitur in auxilium belli, etiam erat restitutioni obnoxium. Quando verò cum compensatione aliqua controversia dimittitur, & vnus al-

teri concedit rem, vel ius, de quo contro-
uerterebatur, tunc etiam compositio quæ-
dam est, & proprie transactio. Ideoque
dixit, compositionem latius patere. Mo-
lina *tractatu secundo disputat. 556. nu-
mero sexto Filiucius tractatu 39. num. 130.*
Compositio diuiditur in eam, quæ est
de re, circa quam nullum est dubium, 79
& in eam, quæ est de re, circa quam *Quotuplex*
aliquod dubium est. Deinde hæc subdivi-
ditur in eam, qua vnus contendendum
tribuit aliquid in pretium, vt alter recedat
à lite, & condonet ius, quod prætere-
re poterat, quæ proprie transactio est,
& in eam, qua amicabiliter his, & con-
trouersia componitur prudentis arbitrio,
sive diuidendo rem, aut emolumentum,
quod ex ea speratur inter contententes: si-
ue compensando aliunde pro quantitate, ac
qualitate iuris dubij, vt lites finiantur.
Et hæc interuenire potest etiam in re-
bus spiritualibus, ac beneficialibus, non
autem illa prior, qua aliquid in pretium,
vel quasi pretium detur, Molina *tractatu*
secund. d. 556. numero sexto Filiucius tractatu
39. num. 131.



SECTIO



SECTIO SECVNDA.

Dubia de Contractibus Adminiculariis.



CAPVT XII.

DVBIVM II

Circa Contractum Societatis.

Cum alter pecuniam, alter industriam confert, & pecunia perit, communisne est iactura?

DVBIVM I.

In societate, in qua alter pecuniam confert, alter operam, conseruaturne pecunia communicata, ita vt finita societate sit, vel non sit diuidenda?

Iactura est communis. Quia leg. cum duobus, §. quidam sagariam ff. pro socio. dicitur danum esse commune, ideoque pro socio actione damni, partem dimidiam agnoscere debere. Et quia aequalitas seruari debet in societate. Nam si conferens pecuniam, non solum illius vsum, & commoditatem perdit sed etiam ipsam pecuniae proprietatem, grauiori iacturae se exponit, quam ille, qui solum adhibet industriam. Cum autem in societate omnia debeant aequalia esse, conferens industriam debet etiam pecuniae iacturam sustinere. Sic Salicet. Fulgosi. post Oldradum ad l. 1. C. pro socio.

Non est communis iactura pecuniae, sed solummodo conferenti perit. Quia res suo domino perit l. Pignus, C. de pignor. act. At pecunia non est in conferenti industria Et quia seruati potest aequalitas, etsi pecunia eius domino pereat, siue operae sint exhibitae, siue non, siue pecunia superet operas, siue non superet. Nam aequalitas in societate non desumitur ex euentu contingenter futuro, sed ex spe lucri, & periculo damni, quibus socij exponuntur. At haec aequalitas esse possunt, etsi pecunia praesentia illam pereat, potuit enim periculum amittendi pecuniam, vsum, & commoditatem illius, aequialere periculo amittendi operas, & esto illud periculum operarum amissionem excederet, compensari sufficienter posset maioris lucri spe, si lucri contingeret. Non igitur debet conferens operas pecuniae iacturam sustinere. Ita Fachin. lib. secund. contron. cap. 96. Accurs. Bart. Bald. Angel. Castr. ad leg. prim. Cod. pro socio. Nauar. summ. cap. 17. numero 252. Syluest. verb. Societas 1. quae s. 6. 1. uoluit. Lopez l. 1. in fir. cap. 64. Reber. p. 2. de iust. l. 15. q. 3. Lel. l. 2. c. 25. du. 2.

Hanc sententiam credo esse probabilior. Quia lex cum duobus loquitur de societate, in qua vterque socius pecuniam apponit. Nam cum pecuniam, & industriam conferens censetur pecuniam perdidisse.

X 4 veri-

SCOBAR
Theob. Mer.
V. VI. VII.
E. IV
C

80
Confer
communi
ca, vt di
uidenda sit.



Ense vt communicata, ita vt diuidenda sit. Quia ea, quae in societatem conferuntur, in eam finem conferri censentur, vt communicentur, & diuidantur inter contrahentes, leg. prim. & secund. ff. pro socio. Certe industriam apponens, communem eam alteri socio facit. Ergo alter ipsi pecuniam communicare debet. Sic Accurs. Bart. & Alberic. ad l. 1.

Non censetur communicata ita vt sit diuidenda. Quia contrahentes, cum aliud non expriment, tantum videntur intendere, communicare inter se vsum, & commoditatem eorum quae in societatem conferunt, argument. leg. cum duobus, ff. pro socio. Nam ea intentio sibi est vtilior, ac litibus minus exposita. Ita Andr. Fachin. l. 2. contr. c. 95. Palao de iustit. tractat. 22. d. 9. puncto 3. numero 3.

Probabilior mihi haec sententia est. Nam qui nanem verb. grat. confert ad negotiationem non censetur nanis conferre proprietatem, sed vsum tantum. Sic collator pecuniae censendus est pecuniae vsum: & illius commoditatem conferre, haec enim vt a proprietate pecuniae distincta industriae alterius aequalere, imo eam superare possunt. Fateor quidem, ea, quae in societatem conferuntur, eo animo conferri, vt communia sint, non quidem quoad proprietatem, sed quoad vsum, & commoditatem, quando ille vsum, & commoditas aequaliter, quae alij socij conferuntur.

83
Iactura est communis.

84
Non est communis iactura.

85
Hoc probabile.

verisimile est, alterum socium saltem pecuniam apposuisse. Quid ergo mirum, si dampnum pecuniae commune sit, cum non valeat distinguere, cuius fuerit pecunia deperdita.

D V B I V M III.

Licetne lucrum, saluo capitali, in societatis contractu comparare?

86
Quaestio
status.

AD vitandas lites, cum alter socius pecuniam confert, alter operas, & industriam, soles fieri conventio, ut conferens industriam, praestet conferenti pecuniam illius securitatem, & in super aliquid lucrum concedat minus, quam credit ei esse obtenturum, si societati nullum pactum additum esset. Quaestio igitur grauis est, an talis conventio licita sit, liceatque conferendi pecuniam, lucrum illud comparare?

87
Non licet.

Quia de ratione societatis est, ut socij aequae ad lucrum, & ad dampnum concurrant. §. *Illud, insit. de societate.* ergo socius, qui solius lucri particeps esse intendit reiecto periculo in alios socios, non veram societatem, sed simulatam trahit. Et quia conferens pecuniam reiecto periculo in accipientem, mutare censetur, si quidem dominium pecuniae in accipientem transfert, cum possit de illa libere disponere. Sic Panormit. *ad ca. Naviganti, de usur. numer. 11. Abul. ad c. 23. Mat. q. 2. 26. Sotus l. 6. de inst. q. 6. a. 3. Ant. Gomez plures referens, l. 2. var. c. 5. num. 4. Rebel. alijs relatis, l. 15 de iust. q. 4. n. 2.*

88
Licet plane

Licet plane, si bona fides adsit. Quia id colligitur ex *l. si non fuerint, ff. pro socio*, ubi dicitur: posse societatem iniri eo pacto, ut nullam partem damni alter sentiat, et quia in hoc contractu potest aequalitas asseruati. Socius namque pericula sortis sustinens, & certum lucrum promittens, non praestat hanc securitatem, neque hoc lucrum promittit ex vi contractus societatis, sed ex eo quod alter socius abundantius lucrum probabiliter speratum ex societate, si diligenter socius, ut tenebatur, negotiationi incumberet, remittit. Ob hanc enim remissionem securitatem accipit, & lucrum determinatum. Quod certe consentaneum est, nec societati videtur officere. Ita Angel. *v. Societas* 1. §. 7. Syluester *ibi q. 2. Nau. sum. c. 17. n. 255. Mol. d. 4. 17. Tol. l. 5. c. 41. Val. 2. d. 5. q. 24. pu. 2. Lel. l. 2. cap. 25. du. 3. nu. 24. Laym. l. 3. sect. 5. tract. 4. c. 20. num. 102.*

89
Cum his
opinor.

Cum his opinor, indicans, minime id officere societati. Nam si contracta societate posset conferens pecuniam cum altero tertio conuenire de cedendo lucro, quod aenturam sperat in ipsum, ea conditione, ut ab ipso securitatem sortis cum moderato lucro acciperet: cur non poterit hanc conventionem cum ipso socio praestare? Haec ratio conuincit, hunc contractum non solum ex intervallo post societatem initam, sed etiam in ipsa societa-

te perfici, ut doctores hi supponunt aduersus Caietanum *tr. 17. resp. c. 11.* qui hunc contractum celebratum ex intervallo post initam societatem approbat, reprobat vero celebratum in societatis creatione. Nam ratio honestandi hunc contractum, quae est cessio abundantioris lucri probabiliter sperati pro securitate sortis cum moderato lucro, aequae post initam societatem, ac, quando ipsa creatur, procedit.

D V B I V M IV.

Licitusne est contractus in societate super animalibus inita, si periculum in accipientem animalis reiciat, ipseque tibi obligetur, aestimationem in quocumque euentu praesentem soluere, communicato lucro, & emolumento, quod superferuit?

Certum est, diuersimode super animalibus societatem iniri. Interdum ipsa pecora simul cum fructibus communia facis apponenti industriam in eorum pastu, & gubernatione, quo casu detrimenta vtrique erunt communia. Interdum solum emolumenta, & fructus, ac detrimenta communicare intendis, dominium vero animalium eorumque periculum, ac casus fortuitos tibi reservare, & c. Difficultas autem est, si periculum, & casum fortuitum in accipientem reiciat, ipseque tibi obligetur, in quocumque euentu aestimationem pecorum praesentem soluere, communicato lucro, & emolumento, quod superferuit, an hic licitus sit contractus?

Licitus non est. Quia perinde esset, ac si ea pecora tunc venderes, & illorum pretium socio mutuum traderes sub obligatione lucri soluendi, quod sapit usuram. Sic D. Ant. *p. 2. ii. l. c. 7. §. 39. Contrad. de com. q. 91. Barth a Medina sum. l. 1. c. 14. §. 27. Reb. p. 2. l. 15. q. 6. num. 7.*

Est licitus. Quia si lucri futuri communitatio, quam accipienti pecora concedis, aequiualeat asecurationi, labori, industriae, aliisque operibus ab accipiente praestitis, vti aequiualeere potest, nulla est radix, vnde iniustitia possit oriri. Ita Navarra *de rest. l. 3. c. 2. n. 473. Molina d. 503. Lessius libro secund. capit. 25. dub. secund. Layman. l. 3. sect. 5. rr. 4. capit. 20. numero quarto Palao de iust. tract. 22. d. 8. p. 6. n. 2.*

Cum his probabilius opinor. Nec enim est verum, eo in contractu mutuum interuenire, cum dominium pecorum non transeat in accipientem, sed illa possit tanquam propria vendicare, & suo tempore repetere, nec accipiens valeat ea pro libito distrahere. Hinc infero licitum esse illam contractum, quo rustico traderes pecora custodienda sub obligatione, ut ea integra haberet, & loco demortuorum alia substitueret, designata ipsi ex fructibus congrua portione, quae

Sectio I de Contr. Adminiculariis 249

quæ tùm labori, tùm præfata obligationi æquivaleret.

DVBIVM V.

An ad solvendas pro societate expensas, ea debeant detrahi, quæ quis domi infunderet, si non iniisset societatem?

94 *Contr. ob.* **C**ertum est, ea, quæ in sancta fuerint in cemenis mercibus, custodiendis, conferendis, vendendis, &c. ex communibus bonis extrahi debere, cum hæc directe in bonum societatis fuerint expensa. Vnde ea, quæ socius, eiusque famuli extra propriam domum expendant in cibo, ac potu, deportatione, hospitio, medicamentis, si forte infirmetur, ex societatis bonis deimere possit. *l. damnata, §. si quis ex sociis, ff. pro socio, & l. Regia 16. tit. 10. p. 5.* At quæherim, num integræ expensæ ex communibus bonis solvenda sunt, an verò detrahi debeant ea, quæ locus domi infunderet?

94 *Detrahi debent.* Debet detrahi. Quia expensas aliâs domi faciendas si negotiationi non incumberet, deberet ille ex proprijs expendere. Ergo in ita societate, non debet hoc onus in socios reijcere, cum non sint inceptus causa societatis præstiti. Aliâs domi incumbens negotiationi, posses sumptus ex communibus bonis decerpere, quod nullas admitter. Sic Syll. v. *Societas 1. q. 12. Aug. ibi, n. 2. 2. Armil. n. 10. Maior in 4. d. ff. 15. quest. 47. Rebel. de iust. l. 15. q. 7. num. 2.*

96 *Non detrahi.* Detrahi non debent. Quia *lex cum duobus, §. quid in Sagariam, lex si frater, §. si quis ex sociis, lex secundum Iulianum, ff. pro socio, & lex 16. tit. 10. p. 5.* expresse canent, socio ad negotiationem extra domicilium proficiscendi expensas ex bonis societatis solven- das esse, superflua autem esset harum legum decilio, si solum expensas causa societatis tantummodo factas leges intelligerent. Ita Nau. *sum. c. 17. n. 28; Mol. d. 4. §. 8. l. c. 2. c. 25. d. n. 4. n. 35. Laym. d. 3. q. 5. r. 4. c. 2. o. n. 5. Sâ v. Societas, n. 4.*

97 *Cum his opinor.* Cum his sentiens, crediderim, ob incommoditatem in aëris leges concessisse has expensas ultra id, quod alias debitum erat.

DVBIVM VI.

Pro damno mercium vitando, quod socius timet eventurum nisi ex proprijs insumpserit, vel si non habet, mutuo acceperit, obligaturne ex iustitia si sumptus levis sit, & facile id possit præstare.

98 *Nonnulla recolo ad* **N**on pro vendendis mercibus, lucroque acquirendo, cum non suppetunt bona societatis, debeas petere mutuo, vel pro-

pria expendere, non conveniunt Doctores. Dixerim, pro lucro præcisè acquirendo neque ex charitate, neque ex iustitia te esse obligatum, quia non teneris proximi lucrum querere tuorum bonorum iactura. Neque contractus societatis obligat negotiationi incumbere per alia bona, quam quæ in societate sunt contributa. Pro damno vero vitando, quod times probabiliter eventurum, nisi ex proprijs, aut mutuo acceperis aliquid, quod infunderes, si id leve est, & facile præstare potes, absque dubio obligaris ex charitate, hæc enim te obligat alienum damnum grave vitare, cum facile possis. Quæherim an quis ad id ex iustitia etiam obligetur?

99 *Non obligatur ex iustitia.* Non obligatur ex iustitia. Quia obligatio iustitiæ ex contractu nascitur. At contractus societatis non videtur obligare socios bono societatis consulere mutuum petendo, aut propria expendendo bona. Sic Reb. *de iust. l. 15. q. 7. n. 8.*

100 *Ex iustitia obligatur.* Ex iustitia obligatur. Quia ex vi societatis tenetur socius eam diligentiam præstare in bonis societatis conferendis, & expendendis, quam quilibet cordatus in suis bonis proprijs exhiberet, aliâs censetur sua culpa saltem levi peire. At quilibet cordatus, ut gravem bonorum propriorum iacturam vitaret, sustineret mutui petitionem, & aliorum bonorum levi iacturam, maxime si conscius esset ea sic impensa fore recuperaturum. Ergo eadem obligatione tenetur socius compensatione bonorum societatis. Ita Mol. *d. 4. 18. l. c. 2. c. 25. d. n. 25. n. 36. Laym. d. 3. sect. 5. r. 4. c. 2. o. n. 5.*

101 *Hoc melius opinari iudico.* Melius hocce opinari iudico. Vnde cum eis sentiens addiderim, etsi nullam iustitiam quis haberet obligationem, si tamen pro damno evitando, vel lucro acquirendo, prudenter aliquid ex proprijs, vel mutuo acceperit expendit, posse illud actione negotiorum gestorum à bonis societatis recuperare, quia vulter negotiorum societatis gessit. Vidici ex Molina *citato.*

DVBIVM VII.

Inter patrem, & filium sub eius potestate constitutum, potestne contrahi societas?

102 *Non potest.* **M**inimè potest. Quia nequit lucrum esse commune, filius enim sub patris potestate constitutus quidquid pecunia patris acquirit, patris est quoad dominium, & usufructum. Sic docti quidam, quorum placitum non omnino dixerim improbabile.

103 *Potest placere.* Potest omnino vera societas inter patrem ac filium iniri. Quia est verum sit, ad patrem pertinere, quæ filius pecunia, bonisque paternis fuerit lucratus, id tamen intelligendum est, cum non est aliter conventum, & protestatum, facta enim conventionione, & protestatione, dominium acquiritorum filius comparat tamen usufructus patri adindicetur. Ita Nau. *sum. c. 17. n. 144. & 148. Gama dec. 1. 10. n. 17. Reb. de iust. l. 15. q. vlt. n. 2.*

Hoc

SCOBAR
Theob. Mor.
d. n. 17. vlt. n. 2.
E. IV

104
Hoc asse-
rendum.

Hoc asserendum, fauente lege cum oportet, C. de bonis, qua liberis, dicente: Alioquin filij lugebunt, qua suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes.

ra transmissibilis est. Non enim est ex sui natura transmissibilis, sed ex privilegio. Itaque eadem Doctrina Ant. Gomez nostra nititur assertio.

D V B I V M V I I I.

Cum societas transiit ad haeredes, debetne transire non solum ad primos haeredes, sed ad subsequentes?

105
Nonnulla
primito.

Curum est, societatis contractum non transire ad haeredes, etiam si de eo fuerit conuentio facta, ut habetur §. soluitur, in §. de societ. & leg. verum, §. in haeredem, ff. pro socio. Ictio tamen duplicem causam a Doctorebus referri, in quibus societas ad haeredes transit, ita ut superstitis socij teneantur cum haerede defuncti continuare, si alioquin est aptus, ad societate. Primus, si societas fit circa conductionem vectigalium, vel aliarum rerum publicarum, & socij pro se, suisque haeredibus conueniant; ob fauorem enim publicum statuitur, pactum hoc esse validum leg. Adeo leg. verum, §. in haeredem, ff. pro socio. & tradit ibi Glossa, & communis sententia, teste Gutier. de iuramen. c. 48. n. 6. Mol. d. 414. Secundus est, si iuramento se obligent socij pro se, suisque haeredibus societatem continuare. Nam iuramentum eam vim habet ut pacta alioquin infirma valida, ac firma redant, cap. Quamuis pactum de pactis, l. 6. & tradit Io. Faber, quem referunt, ac sequuntur Greg. Lopez leg. 10. ut. 10. part. 5. Gutier. de iuram. p. 1. c. 58. n. 5. Lessi. l. 2. c. 25. dub. 1. dub. 1. Mol. citat. Quaesierim igitur, num cu in duplici hoc casu societas transiit ad haeredes, sed & ad subsequentes? & quaestio procedit, cum intentio contractuum aliunde vestigari non potest, & verba sunt indifferetia.

106
Non solum
transiit ad
primos.

Certe transit non solum ad primos, & ad subsequentes haeredes. Quia quoties mentio fit transiit ad haeredem in contractibus, que sunt ad haeredes ex sui natura transmissibiles, omnes haeredes vsque in infinitum comprehenduntur. At societas vectigalium, & iurata ad haeredes ex sui natura transmissibilis est. Ergo transmittitur non solum ad haeredes, primos, sed & ad subsequentes. Sic Gutier. d. cap. 48. nu. 8. Ant. Gomez l. 2. var. c. 11. n. 14. Faucit Bald. & Salicet. ad leg. Nulla, ff. pro socio.

107
Ad primos
solum tra-
nsiit.

Solum transit ad primos non ad subsequentes haeredes illa dispositio. Quia societas vectigalium, & iurata non est transmissibilis ex sui natura, sed ex privilegio ob bonum publicum, & ob Religionis virtutem, ac proinde non debet ultra primos haeredes extendi. Ita Gloss. ad leg. Nulla. Castro Palao de inst. tr. 2. d. 8. p. 1. n. 13.

108
Hoc mihi
verius.

Scio, Doctrinam illam qua Gutierrez nititur, esse Antonij Gomez asserentis quoties mentio fit haeredum in contractibus, que sunt ad haeredes ex sui natura transmissibiles, omnes haeredes vsque in infinitum comprehendit. Hoc fateor. Abnego autem minorem syllogismi, quo Gutierrez vitur: At societas vectigalium & iurata ad haeredes ex sui natu-



CAPVT XIII.

Circa fideiussionem, Pignus, & Hypothecam.

D V B I V M I X.

Mulier si fideiussionem iuramento confirmauit privilegij Velleiani ignara, come gaudet?



MNES, qui se possunt obligare possunt fideiubere, nisi speciali privilegio, aut lege prohibeantur. Porro mulieres aliquando non possunt se valide obligare, & tunc licet renuncient privilegio Velleiani, non est valida renunciatio; quia resistente lege obligationis valori, non potest mulier propria voluntate valorem dare. Hinc est, ut si pro marito fideiubeat sit irrita fideiussio. Authent. si qua mulier. Cod. ad senatusconsulti Velleiani. Quare si soluit fideiussionis causa, creditor ad restitutionem teneatur, cum sine valido titulo acceperit. Valebit tamen obligatio si fuerit iuramento confirmata, argum. textus in cap. Quamuis pactum, de pactis. Aliquando vero mulier potest valide fideiubere instrumento publico, & coram tribus testibus; potest tamen postea uti exceptione Senatut. consuli Velleiani, & obligationem elidere leg. 2. & sequent. C. ad Senatusconsulti Velleiani. quo privilegio potest tuta conscientia uti, cum a lege ob sextus fragilitatem sit concessum. Hoc tamen privilegio gaudere non potest, si expresse renunciauerit in particulari, & non solum generali clausula. Ad hoc tamen molina d. 540. & alij peunt, renunciationem coram publico Magistratu fieri. Quaesierim vero, an si fideiussione iuramento confirmauit privilegij Velleiani ignara, eo possit postmodum gaudere?

109
Nonnulla
primito.

Gaudere privilegio non potest. Quia obligatio mulieris valida est, si fuerit iurando confirmata, cap. Quamuis pactum, de pactis. Si autem postmodum posset privilegio gaudere, quid inrasse proficiet? Sic Molina citans afferens multos. Lessi. l. 2. c. 28. n. 16.

110
Non potest
privilegio
gaudere.

Potest postea privilegio gaudere, si privilegium ignorauit, non obstante iuramento. Quia forte non iurasset, si privilegio ignara non fuisset. Et qua iuravit tueri obligationem, non autem intendit iurando adstringi, ut cuiuslibet privilegio, si forte aliquod adesset, renunciaret. Ita Couar. ad cap. Quamuis pactum p. 2. §. 3. n. 5. citans alios. Videtur inclinare Card. de Lugo 10. 2. de inst. d. 3. 2. n. 12.

111
Potest qui-
dem.

Hanc praefero sententiam, quam licet Molina

Sect. II. de Contract. Adminicul. 251

112 *linæ displiceat, scio Thomam Sancium l. 4. de Hanc pre. matr. d. 9. n. 15. & Lellium n. 17. fateri esse fore sententiam probabilem, in praxique tutam.*

D V B I V M X.

Episcopus, & Clericus possuntne fideiubere?

113 *Minime possunt.*
 114 *Postunt plures.*
 115 *Com his sentis.*
Minime fideiussores esse possunt. Quia huiusmodi contractum inire litibus, & executioni obnoxium videtur indecentiam sapere. Sic aliqui, quos pressio nomine memorat Lugo Card. 10. 2. de iust. d. 32. n. 13. Possunt equidem fideiubere. Quia huiusmodi inire contractum non solum indecens non est, sed plerumque charitatis documentum exponit erga proximum. Ita Lugo citat. Mol. d. 540. Lellii l. 2. c. 28. num. 19. Primam sententiam, veram non esse crediderim, quia indecentiam nullam in eiusmodi obligatione recognosco. Lites enim ex fideiussione posse excitari, accidentarium omnino est.

D V B I V M XI.

Si debitor solvendo non sit, creditor in eius defectum debetne emptori reddere pretiam pignoris venditis, si extet, vel si ex illo factus est locupletior.

116 *Certa sup. p. 110.*
Creditor, qui uti creditor, & non ut dominus vendidit, ad debitum recuperandum non tenetur emptori de evictione. leg. 1. & 2. C. creditorem evictionem pignoris non habere leg. Periculum. ff. de pignoriis. sed solum debitor tenetur. Quia tunc creditor vendidit tanquam debitoris procurator. Tenetur tamen creditor, si vendidit tanquam rei dominus, hoc est si non constituit emptori rem ut pignus alienum vendi. Vel si non probat, rem sibi fuisse obligatam. Vel si non constat, eum fuisse anteriorem creditorem, sed alius iure praerogationis eam vinceret. Vel si mala fide vendidit, sciens pignus non esse debitoris.

Vel si vendidit, quando nec ex pacto, nec ex lege, ac Iudicis decreto vendere poterat nisi iusto deceptus errore vendidisset. Vel si promissit, aut cavit emptori de evictione. Semper tamen quando de evictione non tenetur, debet emptori re evicta, cedere ius, quod habebat adversus debitorem, qui tunc de evictione tenebitur. Est autem difficultas, si debitor solvendo non sit, an creditor in eius defectum debeat emptori reddere pretium pignoris alieni venditi, si extet, vel si ex illo factus sit locupletior?

117 *Debet quidem.*
 118 *Non debet.*
Debet quidem. Quia solutio & satisfactio sui debiti fieri illi debebat ex bonis debitoris, non vero ex re aliena evicta, neque ex illius pretio. Quare postquam constat, pignus fuisse alienum, nec rem nec pretium potest retinere in sui debiti solutionem, sed à solo debitore potest suum debitum exigere. Sic Molin. d. 538.

118 *Non debet.*
Minime debet. Quia cum creditor vendiderit non suo nomine, sed ut procurator debitori, pro ut ipse mol. fatetur, perinde se habet, ac si debitor ipse vendidisset, & ex pretio ei debitum solvisset, tunc autem creditor nihil teneretur reddere, nisi pretium in dominium debitoris transfisset, & ex eo posset suo creditori valide solvere. Cum ergo aliunde creditor non tenetur emptori de evictione, sed solus debitor, cuius nomine facta est venditio, non est, cur debeat pretium reddere, quod ipse non accepit titulo venditionis, sed ut solutionem factam sibi à debitore, quae in vi solutionis valide fieri potuit. Ita Card. de Lugo 10. 2. de iust. d. 32. n. 43.

119 *Eiusdem sum mentis.*
Vero similis hoc ego, esse crediderim. Profectò Doctorum Moralium Volumina enolens nihil circa Contractus Adminiculares, Quasi contractus innominatos, inveni controversum, quod potest conscientiae tribunali deferri.

120 *Cur triplicem materia.*
Triplicem autem materiam ab hoc Volumine intersecui, in commodiorem locum differens, nempe. Simoniam Tributorum iustitiam, Indicia publica, seu de diffam. Indice, Teste, & Reo. Nam Volumen decisionum, quod triplicis status obligationes exprimit, reddet Simoniae tractatum in Ecclesiastico, in saeculari vero Tributorum, a publicè iudicij iura exponet.

Ad

SCOBAR
 neok Mar.
 m. VII. II.
 E. IV.